



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri**

**Ávila, Esteban de  
Azpilcueta, Martín de**

**Lvgdvni, 1609**

Doctor. magister & discipulus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41656**

spensandum nocet: non tamen qualibet  
 citurnitas veri impediens, sed solum qui  
 do tacetur verum, quod iura præcipiunt ex  
 primi. Et qui committit aliquod delictum  
 ut hac via obtineat dispensationem, dispen  
 satio obtenta est nulla. cap. 22. num. 86.

Commisio Pontificis facta alicui, ut  
 G spenset cum aliquo, expressa persona dispen  
 sanda, expirat re integra morte Pontificis  
 quoniam non est gratia facta dispensaturo  
 sed commisso. At verò commissio facta ut  
 dispenset cum aliquo non expresso, sed ele  
 ctio personæ dispensandæ relinquatur dispen  
 saturo, non expirat, quoniam est gratia facta  
 ipsi: additum in No. c. 27. num. 253. §. 8.

## DISPUTATIO.

PECCAT mortaliter laicus, qui dispensat  
 de fide. c. 11. num. 26. in Nou. n. 27. §. 5.

Qui contra perspicuam veritatem per  
 contentionem altercatur circa pertinentiam  
 fidem vel necessaria ad salutem animæ, vel  
 corporis, peccat mortaliter, aliàs tantum veni  
 aliter. c. 23. n. 34.

DIVORTIUM. vide Matrimon. X I.

## DOCTOR.

Magister & Discipulus.



**D**OCTOR vel magister legens discipulis A  
fabulas poetarū, admonere debet, Deos  
illos esse falsos. cap. 11. num. 41.

Peccat mort. qui accipit gradū immeritum  
c. 25. n. 55. & qui dicit se habere gradum quo  
caret, & qui notorius peccator prælegit in  
scholis sacram Scripturam. nu. 56. 59. Itē qui  
sciens, vel scire debēs, docet falsa, vel subtilia  
magis quam vtilia, cum dāno illorum. n. 56.

Peccat etiam mortaliter qui inducit au- B  
ditores alterius Doctoris, vt eū non audiant  
cum damno profectus eorum. Et qui subor-  
nādo curat, vt indignus cathedram accipiat.  
nu. 57. Et qui habens publicum stipendium,  
exigit aliquid ab auditoribus. num. 58.

Peccatque mort. qui notabiliter negli-  
gens est in studendo, quando alitur alienis  
expensis, vel redditum suorum Ecclesiasti-  
corum. num. 59.

Peccat etiam mort. iegum aut medicina  
Professor, qui ad suam prælectionem admit-  
tit religiosum, presbyterum, aut clericum  
in dignitate Ecclesiastica constitutum, vt  
eum audiat, & est excommunicatus. Idem si  
quilibet, & cuiuslibet facultaris, etiā Theo-  
logia professor admittat religiosum sine li-  
centia Superioris eius, aut cum licentia sed  
sine habitu. cap. 25. num. 55. §. 2.

Peccat etiam mort. magister, qui crudeli- D  
N 2 ter



ter castigat discipulum: quia solum leu  
castigatio est ei permilla. Et, si discipulo  
fuerit clericus, magister erit excommuni-  
tus. Secus, si percutiat sine ira, odio, vel ma-  
tia, aut percussio sit moderata, & ratione cor-  
rectionis, & castigatus non habeat ordinem  
sacrum. cap. 2 §. num. 58. §. 7. & cap. 27. nu. 81.

Peccat etiam m. magister, qui discipulo  
simpliciores contemnit eo contemptu, qui  
notabile damnum honoris, aut bonorum  
illis ex iustitia legali debitorum inferatur.  
cap. 2 §. num. 58.

## D O L U S.

- A** **D**O L U S est machinatio seu circumuentio  
adhibita ad decipiendum alium. ca. 17. n. 177.  
Differtque à fraude in hoc quòd dolo  
comprehendit circumuentionem verbo tan-  
tum, vel facto tantum, vel utroque modo  
factam: Fraus autem eam que tantum facto  
Ita quòd fraus inest dolo tamquam speciei  
suo generi. c. 23. n. 77. Quamquam dolo  
fit verbis tantum, potest etiam vocari fallaci-  
cia. cap. 17. num. 177. Tamen omnes sub no-  
mine doli comprehenduntur. c. 23. num. 77.
- B** Dolus est duplex, verus & præsumptus.  
Verus dicitur, quando signa sunt manifesta  
præsumptus verò, quando nō sunt talia. l. 1. §. 1.  
Nihil